Quelle: https://manuscripta.at/?ID=925
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



Et fuit iuramentum eidem testi pro ut est moris ꝛc

Eadem die discreta mulier domina vxor Viti Gehedmyer de Tulna diete diocesis etatis sue annorum Quadragginta seu vel circa contestis proxime prescripte testis videlicet Margarethe vxoris Leonardi Kemm de tulna fuit examinata et secundum suprascripta interrogatoria interrogata que deposuit super omnibus articulis in omnibus et per omnia vt ipsa primeperhibet testis deposuit et supra miraculo in dicto puero ostensis dixit ipsum puerum ante et post et hodie nouisse et nosse quia prima vicina ipsius testis videlicet Margarethe presente existit et omnia ita facta esse pro ut ipsa testis deposuit affirmat quia interfuit. Insuper adiunxit quod quidam filius eius nomine Cristoforus Cum in medio sue etatis Anno constituti esset passus fuerit Tussim per sex ebdomadas horribiliter absque intermissione Ita quod quadam die in tantum exhausti fuerit quod nulla vita in eo apparuit et absque Tussi mortuus putabatur iacere Quod mali ipsius videlicet ipsa testis videns de Anno domini Millesimo quadringentesimo Septuagesimo de Mense Septembris de die non recordatur genibus flexis deuote inuocauit beatum Leopoldum sub hiis verbis vel eis in effectu similibus O beate Leopolde audio tua miracula quotidie viguere ostende hodie in puero meo tuum miraculum et restitue sibi vitam et sanitatem voueo tibi ipsum cum cereis et aliis votiuis oblationibus ad tumbam tuam velle presentare Tuo quidem voto emisso statim puer resumpsit et sanitatem recepit et hodie sanus existit tunc mutatus videlicet ipsa testis maiori deuotione accensa. Gracias deo omnipotenti et beato Leopoldo exinde credens firmiter expectat beatum Leopoldum hoc miraculose accidisse

Et fuit iuramentum eidem testi pro ut est moris

Eadem die fuit examinatus Discretus vir Wolfgangus dilectus de Nerenbuegaforensis Patauiensis diocesis etatis sue annorum Quinquagginta vel circa qui deposuit ut sequitur Et primo Super primo Secundo et aliis articulis vsque ad duodecimum inclusiue incipiens Item quod propter bona opera sua ꝛc testis examinatus dicit articulos fore veros quia semper ita a suis audiuit Et quod adhuc hodie cognominat prius Marchio Super Tercidecimo et quattodecimo articulis incipiens Item quod a sede apostolica et Item quod propter virtutes et bona opera sua ꝛc Testis examinatus credit articulos esse veros quia multorius audiuit hoc competere esse in antiquis scripturis ad quarum fidem refert

Super Quintodecimo decimo sexto decimo septimo et decimo octauo articulis testis examinatus dixit ut ad primum sibi ꝛc

Super decimo Nono articulo incipiens Item quod post mortem suam clarum ꝛc testis examinatus dicit articulum fore verum quia plura et diuersa miracula